

Universitätsbibliothek Wuppertal

Accipite studiosi omnes Auli Gellii noctes micantissimas

Gellius, Aulus

Impressum Venetiis, Anno d[omi]ni. M.D.IX. die. xx. Aprilis

Ad clarissimvm Sigismvndvm Hoenlovm [...]

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-475](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-475)

AD CLARISSIMUM SIGISMUNDUM HOENLOVUM
SCHOLASTICUM GERMANVM COMPATREM SV-
VM PHILIPPI BEROALDI BONONIENSIS.

EPISTOLA.



ELEGI NVPER Emendauiq; luculenti scriptoris
noctes haud dubie luculentas: quarum lux defecata
est/Doctrina mulifaria/elegantia impromiscua/Le-
ctio iucunda citra lassitudinem atq; fastidium: Quas
Clarissime Sigismunde sub tuo nomine hac epistola
tibi nominatim dedicata excudendas formis atque in
uulgãdas dedi Benedicto Impressori politissimo. Id-
que iustis de causis: Nam inter complusculos schola-
sticos transmontanos claritudine Natalium monstra-
biles, qui auditorium nostrum frequẽtes percolunt / Tu cum primis enitescis,
qui nobilitati familiã nobilitatem morum/Quã uera nobilitas est/Nodo pul-
cherrimo copulasti: Si quidem apud Germanos celeberrima est familia Ho-
enloa. Quam & de alta flamma nominant/Et ex Aemilia nostra oriundã præ-
dicãt/multis illustrata proceribus/Affinitate Regum maximor; famigerata. Et
ne atauos omnis in presentia percensã/Auus tuus Craphthus/cõsilio potens.
Opibus pollens: Rei bellicãe consultus; Mauortius plane Heros & bellicosus.
haud quã ueritus est bello decernere aduersus Bauariã Duces in terra Ger-
mania auctoritate atq; opibus longe potentissimos. Vnde neq; inglorium neq;
edomitum rediisse abunde decor; est. Pater uero tuus/cui & ipsi Craphtho no-
men est tanq; illud probaret/Quo dicitur/ fuisse hierosolymis laudabile esse/
Sanctam ciuitatem Religiosa peregrinatione suscepta uenerabũdus accessit/
una cum Illustrissimo principe Sueuorum. cui tantopere carus iucundusq; fu-
it: Vt eum sibi gener; Ex procis sexcẽtis unum peculiariter elegerit Filia in ma-
trimonium data. ex qua progenerauit sobolem generosam. nec minus uirtuti-
bus q̃ numero præcellentem: In qua primogenitus Albertus Ecclesiã Metro-
politana; Canonicus multiuigus/Cum sciret sine cultu latiali homines incul-
tos existimari concessit in Italiam multisq; annis Gymnasia litteratoria fre-
quens cultor attriuit. Deinceps tu quoq; mi Sigismunde ut ires per fraterna
uestigia haud ita pridem uenisti Cum duobus minutulis fratribus Bononiam/
Ad capiendum ingenii cultum linguamq; comendam: ubi summa probitate
nec minore modestia degis. Tu uirginali quãdam uerecundia peditus/Et ge-
nuina bonitate præcellens / Comissimus. humanissimus. amabilissimus con-
spiceris Nullo morum dehonestamento infectus. nulla uitio; labecula asper-
sus. Nullo sordium neuo deuenustatus. & profecto non est satis mirari adole-
scentulũ opulentum / Nobilem spetiosum/In hoc lubrico adolescentiã itine/
re inoffensus gradiẽtem: in quo qui non cadit saltem titubat. Domus tua clau-
se est nequitia; & corruptelis: exposita & patens munificentia; & litteris habes

Compluſculos

Famigeratos

Cõsult; rei bellicæ
Snglorũ

Genuina bonitate
Comissim; Labecula

Ita
in
mo
No
Atr
tia

Conciliabulum

In
alt
dia

Manuale Enchiridio

in contubernio uirum probum & officiosum Thomam Tirstenium bene literatum Et iuris pontificii insignibus decoratum : quo morum formatore & litterarum preceptore domestico uteris. Habes Sebastianum de Rubro Gallo iuuenem studiosissimum. & doctrinae omnigenae candidatum. meique imprimis nominis obseruantissimum. Jamque domicilium tuum effectum est alterum oratoriae disciplinae gymnasium Et elegantioris doctrinae/conciliabulum. Vbi nos quotidie detonamus enarrantes: quipiam/aut Tullianum aut Plautinum/aut Liuianum. Aliaque id genus interprete indigentia/ quae tu unaque Tecum frater Ludouicus sitieter hauritis: Ad sunt & frequetes Scholastici transmontani maximeque Germani. Quam ego natione prope peculiariter deamo & foueo/quaque me uicissim semper coluit atque suspexit : quae me Duce linguas a barbarismorum solecismorumque feditate repurgat. Mex / quae uelut inq; est/eruditionis laudatrix admiratrix affectatrix. Denique ut semel finiam. Tu paternae: Tu uitae gloriae. Tu maioru tuorum/ splendori egregie respondes. Qui/cum proxime auctus essem filiolo/pristinam amicitiam religiosa quasi quadam necessitudine cumulaisti Factus mihi / ut uulgo dicitur / Compater: una cum ornatissimo Episcopo Boscinensi Michaeli Cheserio meo contubernali. necnon una cum Clarissimo adolescetulo Volphgango Hebenensi condiscipulo tuo. Qui Canonicatu Treuerensi peditus Ex genere Baronum honoratissimo agit elegantissimum omni ex parte scholasticu. Tu uero/ quae tua est liberalis benignaque natura/Egisti cum Comatre oppido q; liberaliter. Quas ob res Clarissime Carissimeque mi compater Sigismunde Gellianas noctes nuper emaculatas sub tuo nomine in uulgus edidimus : ut in liminari pagina nomen tuum spectaretur lectitareturque/ ut ita quadam tenus meo intere amori atque necessitudini satisfacere/ obturbabunt fortasse nonnunquam legentis intentione minutuli quidam errores: satis tamen cognobiles & ignoscibiles: qui uix unquam caueri possunt. cum littera una uel altera modo desit modo supersit/ modo praepostera sit: quas tamen medas omnis quotidianis enarrationibus repurgamus: Tu uero Volumina haec habeto continenter in manibus: sit tuum hoc manuale: sit enchiridion. Siquidem lectio Gelliana expoliet linguam. orabit animum. Vegetabit ingeniu: Cuius non infrequens lector/ tam institueris ad doctrinam/ quam delectaberis ad oblectationem: Epistola autem haec mea ueluti praecursoria/ Quoties Gellium in manus sumes/ Toties tibi Beroaldi tui suggereret memoria: Cuius nomen in Germania/ si modo mihi uera nutiant latissime celebratur. Tu quicquid idest hilari queso fronte suscipito. & Copatrem tuum eundemque Doctorem in tuo diligito. Vale.

NIC
SPL



te inue
gam a
na Cyp
nostri
ritimis
sunt/no
xime d
enim c
fidio m
re: quo
qua so
uinitus
mum:
aggres
isse/O
simam
terra:n
eius un
batur i
pta: tot
ta: Pro
ningent
cam op
pta: ac
tamque
Adriat
Sed po
na mib
calion